

# Universitätsbibliothek Wuppertal

Ivstiniani Avgvsti Historia

Procopius <Caesariensis>

Lugduni, 1594

Res animadversione digna ex Ioanne Baptista Egnatio

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.  
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-147](http://urn:nbn:de:hbz:468-1-147)

RE M A N I M A D V E R -  
S I O N E D I G N A M H V C T I -  
bi lector ex Ioanne Baptista Egnat-  
tio apposuimus ad lucem hi-  
storiae maiorem.



ON potui non uel hemeter mirari tan-  
tam vel temporum iniuriam , vel scri-  
ptorum inertiam , tum veterum , tum  
recentium fuisse , ut quem Romam or-  
bis reginam captam ab Alarico Go-  
thorum rege , anno post eam conditam  
millesimo centesimo sexagesimo quar-  
to , certatim omnes memoria prodant , seriem tamen ret ,  
aut indagandam non censuerint , aut indagatam tanquam  
rem planè ignobilem , nec scitu dignam obliuione insolu-  
runt . Prò deùm hominiūque fidem , urbs orbis totius  
regina , quæque eo auspicio condita creditur , ut caput  
orbis semper esset , & que toties de barbaris gentibus , or-  
bèque triumpharat , capitur Gothico astu , & interim rei  
series ordōque nescitur ? Ego verò id minimè patiar , &  
omnis antiquitatis illustrandæ studiosus , hanc quoque  
rem tam memorabilem non negligam . Astu autem bar-  
barico capta traditur in hunc fermè modum , quem Proco-  
pius solum ex omnibus quos legi , tradat , ut mire , ab in-  
terprete vel rem totam dissimulatam , vel quam in muti-  
lum Græcum codicem incidisset , non animaduersam . Ille  
igitur in hanc sententiam : Obsederat Romam Alari-  
cus iam biennium , nec Honorius , qui Rauennæ  
desidebat , aut ferre suppetias poterat , aut audebat .

Nam

Nam quum nil miuus , quām de vrbis salute sollicitus esset , Stilicone imperfecto , ducem exercitui minimē praefererat , qui rem aduersus Gotthos administraret . Vnde Gotthis obsidenda vrbis cogitatio , Romano milite aut dilapo , aut segniter rem agente . Verū eam frustra obsessam , quum expugnare vi non possent , ad dolum hostis barbarus vertitur . Profectionem in patriam simulat , trecentosque iuuenes corporis & animi vi præstantes deligit , quos Romanis principibus dono det , instrutos prius , vt omni obsequio dominos suos promereri studeant , & ad certam diē circa meridiem , quum Romani principes somno , vel ocio vacarent , ad Afinariam portam aduolent , imperfectisque improuiso insultu custodibus , portam sibi præstò futuro aperiant . Interea Gothi quum redditum , alia atque alia deesse sibi simulantes , different , trecenti illi iuuenes occasione egregie visi , portam statu die suis aperiunt , & intromissus Gotthus maiore ignominia , quām damno vrbem omnēm populatur . Sunt qui Probæ illustris fœminæ & opulentissimæ opera patefactam Gotthis portam existiment , quum plebem Romanam passim fame & morbis pecudum more cadentem miseraretur . Duo sunt cognitu non indigna : vnum , edictum ab Alarico fuisse , vt quicunque in templo diuorum confugerent , præcipue Petri & Pauli , his nulla vis inferretur , quod & summa fide seruatū : alterum , quod quum nunciatum Honorio esset Rauennæ , Romam perditam , credidit ille de pugnaci Gallo , cui nomen erat Romæ , significatum esse , admiratumque vehementer tam subito periisse eum , qui cum paulo ante festiuissimè luserat . Adeo socordis ingenij princeps , nec quicquam omnino paternæ , aut æque virtutis referens , quod & Arca-

dio fratri vitio datum est. Nam Eudoxiæ vxori  
addictus, quum alia improbè fecit, tum  
Chrysostomum antistitem sanctitatis  
& eruditioñis egregiæ, vxori plus  
et quo inferuiens, in exi-  
lium egit.

\*\*\*

